Sex. Propertij umbri poete suauissimi ele-
giarum liber primus incipit foeliciter:

AD TVLLVM.

CYNTHIA PRIMA SVIS MISERVM

me çepit ocellis
Cōtactum nullis ante cupidinibus.
Tum mihi constantis deiecit lumina fastus
& caput impositis pressit amor pedibus.
Donec me docuit castas odisse puellas
Improbus & nullo uiuere consilio
Et mihi iam toto furor hic non deficit anno
Cum tamen aduersos cogor habere deos.
Minalion nullos fugiendo tulle labores
Seuiciam durę contudit iasidos.
Nam modo parthenijs amens errabat in antris